

causam suam, & configet eos, qui confixerunt animam eius. Crimina tamen Nobilitati facilius occultari dixit text. in l. splendidiore. C. de dnerf. off. lib. 12. vt refert Gram. decif. 23. p. 9. & vide Fel. in c. Pastoralis, coll. mibi 2. de off. deleg. qui hoc disputat, cautique reddit per text. in c. nouis, §. Ceterum, de Iud. Drog.

f. Maleuenerit. Far. q. 103. n. 154. vol. 4. Ros. g. Sed nunquid reo in flagranti. Adde, quod contra captum inflagrati proceditur ex abrupto iuris ordine non seruato, Affict. in const. humanitate, 6. notab. versic. Itē querit hic Andr. & in cōstit. lustrari, non per Kalendas, Gram. decif. 36. nu. 8. nec datur copia repperorū, siue indiciorū, vt tenet Bald. hic allegatus, nec expeditur citatio ad sententia Gram. d. decif. 36. nu. 71. cum sequi. Item adde, quod pro eo non admittitur appellatio ad effectū, vt iudex, à quo teneatur illi deferre, Foller. in d. ver. Item, quod fuit captus, num. 4. Baiar.

h. Ad se defendendū. De reperto inflagrati, idem Farin. vbi supr. nu. 142. & plur. seqq. Ros. i. Cum scias ad domum. Adde infr. q. 78. versic. Ascendens, q. 60. versic. est. & am. r. q. 92. ver. 1. ad finē. Vbi de his scias. Drog.

k. Et idē consulo iudicibus. Reo etiam reperto inflagrati crimine est danda copia processus, adde infra q. 49. versic. vlt. terius quæro. q. 28. versic. Dictum est. q. 82. stat. 6. versic. 1. & ibid. in fine. Et hoc procedit etiam in notorio, infra, quæstione nona, ver. Quæro etiam, patri autem, quod licitū sit occidere adulterū repertum inflagrati crimine, quamuis non licet iudici; supra in §. Homicidium, ver. Dixi etiam, & infra q. 64. ver. solet dubitari, ad fin. ibi, & potest poni exemplum; Et cur hoc sit, quod patri liceat, quod iudici, nec marito liceat, cum tamen maior ratio deberet esse in marito, iuxta l. pati, ff. de adulter. vide Alexand. lib. 2. de verb. signif. sub numero 52. ad finem. Occidere enim (ait) quem propria auctoritate, per quam crudele est; vide singulariter Quintilianum Mandos. Tract. de signatur. grat. versic. dispensationes matrimoniales §. an autem puniri possit. folio 4. à tergo. At quod reperto inflagrati non dentur defensiones, adde Felyn. latē referentem in Cap. Pastoralis. §. Quia verò, coll. mibi 4. de offic. deleg. Drog.

l. Bene verum est. Adde, quod etiam appellatione interposita & executio non est differenda, & postea superiori scribere causam, quare appellationi non dētulerit, Boer. de

eo iudicibus male euenit. Sed nunquid reo capto inflagrati crimine debet dari terminus defensionis, aut copia indiciorū Resp. Bald. in l. vt uim, num. 2. ff. de iust. & iure, tenuit, quod non debet ei dare copia processus, neque statui aliquis terminus ad se defendendum. Et dicit Foller. in prac. crim. fol. 197. col. 1. in fin. quod illud dictum Baldi quotidie practicitur, prout etiam fuit se practicitum Neapoli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Gram. super constitut. Regni, fol. 58. nu. 15. & decif. 36. Ego, si reus confiteretur delictum, utiq; transiret cum hac sententia: sed si negaret, putarem illam esse valde periculosam. Et idē consulo iudicibus, vt causæ procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur pœnas capitales, non datis defensionibus, nisi sit reus, præter talem deprehensionem etiam per testes idoneos de ipso delicto manifeste conuictus, vel confessus. Bene verum est, quod vbi esset periculum maioris scandali, puta, quia delictum esset atrocis, & populus magnis clamoribus postulare eius supplicium non differri, vel quia esset concitata seditio, nec posset de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur; tunc

crederem posse iudicem excusari, qui illud faceret. Licet enim dici soleat, quod vana voces populi non sunt exaudiendæ; illud tamen intelligendum est, quo ad hoc vt innocens condemnatur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu; vel vt nocens absoluitur. Sed bene quandoque exaudiuntur, vt pœna nocenti acceleretur, & non differatur, donec Principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sal. in l. decurionum, in fin. C. de pœnis, & ita se vidisse de facto Florentiæ, attestatur Catal. de synd. q. 222.

Quæro, an quando reus, est deprehensus in flagranti crimine, requiratur sententia. Respon. glof. in l. iustus furtium, in glo. 1. in primis verbis, ff. de ijs, qui not. infam. videtur sentire, quod non, sed quod potest ei infligi pœna absque sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Boss. in titul. de denunci. num. 10. Practica tamen obseruat, quod collaterales nunquam faciunt executionem alicuius pœnæ, nisi sententia præcedat; possent tamen his casibus omitti solemnitates requisitæ in sententiæ prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

Sed pone, quod iudex oculis proprijs, vide aliquem aliquod maleficcium committere: nunquid poterit illū ita condēnare? Resp. quod nō, nisi aliter probetur: & ita tenent Doctores, vt dicit Alber. in

tionē sententiæ diffinitiuæ, Ang. in l. iustus furtium, col. 1. ff. de his, qui not. infal. & ibi etiam dicit, quod hodie seruatur, quod 14. inuenti ad furandum uas, per Officiales absque iaterlocutoria, vel diffinitiuā ducuntur cum vis ad collum per Ciuit. & Tal. in l. vnica. nu. 29. ff. si quis iudic. non obt. mp. dicit, quod in leuibus delictis inuentus inflagrati sine aliquo processu potest puniri ad catenā, & ita dicit de facto seruari. Baiar.

Sed pone, quod iudex oculis proprijs. Ad vnum tamen aduertit in hac materia, quod in præsentia iudicis sedentis crimen aliquod oriatur, licet acti non sint processus, nec examinati testes, tamē propter notorietatē iudex sine alio processu condēnare potest, glo. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu. 48. Dec. c. proposuit, nu. 7. de appel. infr. q. 25. uerf. solet dubitari. Drog.

differrēda executio, & aliter tumultus sedari non potest. Roman. in singul. 577. & de periculo propter moram credendum erit officiali illud asserenti, dummodo illius asseritio aliquibus verisimilibus, & vrgentibus præsumptionibus, & rationibus munita sit, ita tradit Ancharanus consilio 277. numero 12. quem sequitur Masc. de probation. concl. 1257. numero decimoquarto, volumine tertio.

Item adde, quod similiter Iudex non debet differre executionē, quādo timet, quod amici, & consanguinei faciant tumultum, & auferant cōdemnatum; nam tunc debet accelerari executio, etiam durante termino defensionis, ut per Carreterium in practica. criminali §. homicidium, vltimo numero 80.

Item adde, quod è cōuerso tumultus populi facit differre executionem, non tamen liberare, si cut facit accelerare executionem, non tamen innocentem condemnare, l. decurionum, C. de pœnis; & Carreterius in loco supra citato, numero septuagesimo nono, & sequent. Baiard.

Innocens condemnatur. Farin. vbi supra, num. 146. Ros.

Quæro an quando. Idem Farin. numer. 153. Ros.

Quæro, an quando reus est deprehensus. Adde, quod in specie de fure, quod si deprehensus fuerit inflagrati potest fustigari sine prolatione sententiæ diffinitiuæ, Ang. in l. iustus furtium, col. 1. ff. de his, qui not. infal. & ibi etiam dicit, quod hodie seruatur, quod

14. inuenti ad furandum uas, per Officiales absque iaterlocutoria, vel diffinitiuā ducuntur cum vis ad collum per Ciuit. & Tal. in l. vnica. nu. 29. ff. si quis iudic. non obt. mp. dicit, quod in leuibus delictis inuentus inflagrati sine aliquo processu potest puniri ad catenā, & ita dicit de facto seruari. Baiar.

Sed pone, quod iudex oculis proprijs. Ad vnum tamen aduertit in hac materia, quod in præsentia iudicis sedentis crimen aliquod oriatur, licet acti non sint processus, nec examinati testes, tamē propter notorietatē iudex sine alio processu condēnare potest, glo. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu. 48. Dec. c. proposuit, nu. 7. de appel. infr. q. 25. uerf. solet dubitari. Drog.

Secundum acta, & probata. Et regulam, quod iudex omnia conscientia secundum acta, & probata pronunciare debeat, vide per Diaz. m. hi reg. 377. post Fel. in c. pastoralis, §. quia uerò, de offic. deleg. nu. 23. qui usque ad fin. d. §. septem adnotat limitation. quas uide. Giach. Secundum acta. Adde circa istam regulam, quod Iudex secundum acta, & probata iudicare debet, ut per Diaz. in regul. 377. ubi multas ponit limitationes, uide etiā

1. parte statutorum q. 53. Licet enim lex multum de Iudice confidat, vult tamen quod secundum acta, & probata iustitia ministretur: aliās posset Iudex aliquem suspendi facere, & dicere, quod ipse vidit aliquod maleficcium ab eo committi, quod esset intolerandum. Vide, quæ dixi infra q. 66. vers. Scias autē. Et licet aliqui dixerint, quod poterit Iudex eo casu, eum torquere, tamen in hoc etiā contrarium tenetur per Doctor. vt dicit Pract. Carr. fol. 108.

numer. 144. Bene ex eo, quod Iudex videat aliquem delinquere, poterit absq. alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & contra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casibus, in quibus aperitur uia Iudici ad inquirendum, absque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedente. Et adde, quod etiam hoc casu danda est reo copia processus, & terminus defensionis, prout rescripsit Senatus, in causa cuiusdam M. Antonij Cribelli, qui coram prætore, & fiscali blasphemauerat, 6. Apr. 1559. P. N.

Couarrua. uariar. resolu. lib. 1. c. 1. sub nu. 7. Summam Syluest. in uerbo, Iudex, il. 2. q. 5. & Masc. de probat. concl. 948. nu. 10. & 11. Baiard.

Quod ipso vidit. Farin. d. loco, num. 162. & seqq. uel eo sedente pro tribunali, numer. 158. & seqq. Ros.

6. April. 1599. P. N. Far. d. loc. plura alia, Rosf.

QVÆSTIO IX.

Quemadmodum in notorio crimine procedatur.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Notorietatem delicti aperire uiam iudici ad inquirendum.
2 Et quod dicatur delictum notorium.
3 Et an requiratur, quod sint etiam notoria qualitates ipsius facti.
4 Et an in processu, qui sit super notorio, requiratur citatio.
5 Et an requiratur probatio ipsius notrii.
6 Et per quot testes probetur notorium.

- 7 Et an crimine notorio danda sit reo copia indiciorū, & terminus defensionis.
8 Et an in notorijs requiratur sententia.
9 Et an in notorijs admittatur appellatio.

Ex Additionibus.

- 1 Notorium dicitur tripliciter.
2 Notorium quid sit, & quomodo inducatur, remiss.
3 Et statutum faciens mentionem de notorio, de quo sit intelligendum.
4 Et an requiratur probatio quando delictum sit coram iudice, & alijs sufficientibus ad notorium, & num. 5.
5 Et quomodo procedatur, si delinquitur coram Iudice, & notario tantum.
6 Notorium per quot testes probetur, remiss.
7 Et an requiratur sententiam.
8 Et appellacionem admittat.

A D D I T I O N E S Ad Quæst. XI.

Ed quid dicendum. De delictis notorijs, & occultis Farin. de delict. vol. 1. q. 18. nu. 194. item q. 21. Rosf.

Sed quid dicendum in crimine notorio. Adde, quod notorium potest esse tripliciter, quoad iudicem, & quoad alios; quoad alios, & non quoad iudicem; & quoad iudicem, & nō quoad alios, vt dicit Gloss. in cap. fin. verb. quoad se ipsum, de cohabit. clericorum, & mulier. Gloss. in cap. confuluit, in uerbo, notoria, de appellat. & quod dicatur notorium, & quomodo inducatur, vide Menochium de arbit. iudic. cas. 166. vide etiam Foller. in practica crimini. in versiculis, qui est notorius delinquens, Capr. in Tractatu Notorij, in quo latissimè hanc materiam tractauit, & ad fatu

QVÆST. IX.



Ed quid dicendum in crimine notorio. Respon. deo, quod Notorie- tas delicti non modo aperit iudici uiam ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit etiā usque ad executionem procedere, iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, videnda sunt, quæ dixi infra, lib. 7. §. notorium. Nam vt dicit gloss. vni ca, in c. manifesta, 2. q. 1. quotidie de notorio loquimur, &

ritatem nouissimè per Farinacium quæstione vigesimaprima per totam.

Item adde, quod statutum faciens mentionem de notorio in materia restringibili debet intelligi de notorio facti, & non iuris, Abbas in capitulo dudum, numero septimo, de elect. Baiard.

quid sit notoriū ignoramus. In hoc tamen proposito dic, quod illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuersa tione celari potest, ut illud, quod fit coram populo, vel maiori parte populi. Et ita dicunt Doc. vt ait Cyn. in d. l. ea qui dem, col. 2. ver. quia ego. Et sic vides, quod non modo illud, quod est facti permanentis, sed et illud, quod est facti momentanei, pot transire in notoriū licet aliqui contrariū dixerint. Et hæc est communis opi. vt dicit Tort. inter consil. Ant. de Butr. consil. vltimo, post numer. 27. versiculis. ex prædictis ergo. Apostil. ad Angel. de maleficcis, in

b. Aperit Iudici. Adde gloss. in capitulo licet, Hely. de Simon. legitur, & not. in capitulo euidentia, de accus. vbi vide per A bbat. & quod notoriū dicatur, & quomodo inducatur, vide per Iacobum Menochium, tract. de arbit. iudic. libro secundo, centuria 1. casu 166. Giach.

c. Et sic vides. Adde de isto facto permanente, vel transeunte supra quæstione quarta, versic. quando uerò. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. casu 235. qui super notorio latē differit, & quomodo in eo procedatur à numero 13. cum sequentibus, infra quæstione 55. ver-

ver. quando autem: dixi supra quaest. 4. vers. quando vero. Drog.

Quero nunquid. Vtrum requiratur citatio in notorijs. Farin. d. q. 21. nu. 66. cum alijs pluribus. Ros.

Quero nunquid in notorijs. Adde Gabriel com. concl. r. nu. 2. vbi tractat plenè hanc quaest. an requiratur citatio in Notorijs; & ibi ponit tres declarationes. Baiar.

Item quero. Probatio in notorijs an requiratur. Farin. loco supra citato, nu. 20. 22. 23. 30. 35. 36. 80. & sequentibus 94. 95. & alijs: Vulpell. respons. 137. n. 9. & sequentibus. Ros.

Item quero nunquid. Adde, quod quando aliquod delictum committitur, presente Iudice in actu exercendi iustitiam, & officium suum, & tot alijs, qui sufficiant ad notorium facti, eo casu non requiritur probatio, vt per Boss. in tit. de denunc. num. 5. cum sequentibus. & de modo practici istud dictu, vide Luc. de Pen. in l. quoties, C. de digni. ib. 12. & quomodo procedatur, quando delinquitur coram Iudice, & notorio tantum. Vide Foller. in practica crim. in vers. Item, qui est notorius delinquens n. 27. cum seqq. & non requiritur sententia, vt per Grammat. decis. 105. nu. 16. & ad hanc quaest. an requiratur probatio, vide etiam Paris. in consilio 147. volum. 4. Rolad. consil. 99. numero vigesimo secundo, volumine 1. Grammat. in decis. 6. numero 55. cum sequentibus, & latissimè Mascard. de probationibus, conclusio 1103. volumine secundo. Baiard.

Cauter Iudex. Farinacius vbi supra, numero quadragesimo octavo, qui dicit arbitrio Iudicis remitti. Ros.

Quaestio. Notorium est nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) possit procedi sine citatione. Et hanc opin. dicit esse communem, & veram Colleg. Flor. inter consil. Curtij Sen. consil. 21. nu. 5. Tortus in d. consil.

bo. Etiam per modum notorii, sub num. 1. Sed adverte, quia in hoc proposito non sufficit factum ipsum esse notorium, puta, quod Seius interfecerit Cauium, nisi etiam sent notoriae qualitates ipsius facti, scilicet, quod nulla defensio, aut excusatio competat Seio, quod minus puniendus sit pena homicidij. Et hanc dicit esse communem omnium conclusionem Colleg. Flor. inter consil. Cur. Sen. consil. 21. numero 13. Tort. in d. consilio vltimo. post numer. 29. vers. Nec obest tex. Potest enim esse, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel quod alijs Caius impune occidi potuerit, vel huiusmodi, de quibus dixi diffusius supra hoc eod. libro 5. homicidium.

Quero nunquid in notorijs requiratur citatio. Respon. quod ad sententiam vtique requiritur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. in d. l. ea quidem, numero 14. in fine. Hanc etiam dicit esse communem opin. Are. consil. 163. numero 7. quem refert Boss. in tit. de denunciatur. numero 9. in fin. & in tit. quomodo procedatur in crimine notorio, post numer. 6. Quod tamen intellige iuxta ea, quae dixi infra, quaest. 31. vers. sed hic quero. Sed ad assumenda iudicia super ipso delicto notorio, non est reus citandus, quotiescumque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hanc dicit esse communem opinionem Ferre. consil. 31. numero 11. Et licet Anto. de Butr. in d. cap. cum olim, de re iudic. dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notorijs absque citatione valeat, nihilominus illud dictum communiter reprehenditur, vt dicit Barb. consilio septuagesimo, numero decimo quarto, libro quarto. Dixi infra quaest. 31. circa princ. Bene verum est, quod si notorium esset nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) possit procedi sine citatione. Et hanc opin. dicit esse communem, & veram Colleg. Flor. inter consil. Curtij Sen. consil. 21. nu. 5. Tortus in d. consil.

ultimo, numero 30. Secus autem, quando certum esset defensionem competere, vel esset ambiguum, vt ibi. Et hanc distinctionem habet per oēs attestatur Pract. Carer. fol. 28. vers. Et no. & quando. Ego verò indistinctè teneo, quod in quocumque notorio, si reus est absens, debet citari, non modo ad processum, si non sit suspicio fugae (nam eo casu debet, si potest, personaliter capi) sed etiam ad sententiam, ut supra dixi, non enim video, quomodo constare possit, nullam defensionem, aut excusationem reo competere, nisi eo monito, & audito. Si verò sit praesens scilicet in carceribus detentus, crederem, quod posset procedere communis opin. quod, vbi certum esset nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed bene reus ipse verbo monendus, & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

Item quero, nunquid in notorijs requiratur probatio delicti. Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Alber. in d. l. ea quidem, num. 18. Et idè dicit Angel. in l. i. ff. de ijs, qui not. infam. quod mos hoc die inoleuit, quod Rectores immediatè absq; aliquo processu faciunt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de facto malefactoribus notorijs, quibus, vt ipse ait, ita penas imponi subito expedit reipub. Et licet Cyn. in d. l. ea quidem, colum. 2. vers. Secundo iuxta hoc, teneat, quod vbi negetur, debeat probari; nihilominus secundum Alb. in loco praalleg. eius opinio non seruatur, nec approbatur per Doctores. Sed certè iudicio meo Alber. non refert fideliter verba Cyni. Et idè puto, quod male illum reprehendat. Propterea scire debes, quod magna est differentia, an dicatur notorie constare de crimine, vel dicatur constare de crimine esse notorium; iuxta ea, quae dixi in dicto S. Notorium. Dico igitur sic, quod aut quavis, an sit probanda notorietas ipsius delicti, scilicet ipsum delictum, de quo agitur, notorie commissum fuisse: & dic, quod sic, & ita loquitur Cyn. & in hoc nemo contradicit. Neque sufficeret, quod notorie de eo appareret, potest enim esse, quod per tres testes de visu, vel per confessionem ipsius rei, ex quibus dicimus notorie constare de crimine, probaretur delictum: & tamen nullus sani capitis dicit delictum ita probatum posse dici notorium, id effectum, vt super eo tanquam notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quavis, an sit probandum ipsum crimen, quod pretenditur esse notorium: & adhuc est distinguendum. Nam aut queris, an debeat constare iudici, ipsum crimen fuisse commissum, & tenendum est, quod sic, iuxta ea, quae dixi supra quaest. 4. Aut queris, an debeat verè probari, quod crimen fuerit commissum ab eo, contra quem pretenditur esse notorium: & dic quod non. Et idè licet non ad sint testes, qui deponant super scientia delicti, si tamen appareat de delicto, & adsint testes idonei probantes concludenter esse notorium, quod Titius illud crimen commisit, poterit Titius ex eo condemnari: Et ita procedet opin. Alb. & communis, quae tamen iudicio meo est multum periculosa. Et idè rectè dicit Salic. in d. l. ea quidem, num. 93. Cauet iudex, ne asserat delictum notorium, cum non sit, multa enim dicuntur notoria, quae non sunt; propterea consuluit iudici, vt maiorem partem viciniae examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio informationes assumere. Et hanc est communis opin. vt attestatur Afflict. super 2. parte constitutionum Regni rub. 10. post nu. 30. Et scias, quod debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis, secundum communem opin. vt dicit Prac. Conrad. fol. 240. in fi. & fol. 241. nu. 14. Et idè non sufficerent informationes ab ipso iudice extrajudicialiter assumptae.

Quero

Quero nunc. Farin. vbi supra, nu. 109. Ros. Quero nunc, per quot testes. Adde videndum Mascard. de prob. conclus. 1105. vol. 2. Baiard. h. Quero etiam. Adde supr. q. 8. vers. sed nunquid. Drog.

Quero etiam. Quomodo procedatur in notorio, Farin. vbi supra, nu. 77. Ros.

Præterea quero. Idè Farin. d. loco citato, nu. 112. 113. & seqq. Ros.

Præterea quero, nunquid. Adde, quod inoleuit cautela, ut Iudex pronunciet factum, de quo igitur, esse notorium, ut per Grammat. in decis. 65. nu. 12. & in decis. 105. nu. 19. dicit, quod in duobus notorijs non est necessaria declaratoria, id est in notorio, actu permanente, & in notorio commisso coram Iudice pro tribunali sedente, & ad materiam notorij uide Salicet. in l. ea quidem, C. de accusat. ubi per decem quaestiones hanc materiam examinavit; & uide etiam Boss. in tit. de denunc. num. 6. in fine.

Præterea quero, nunquid in notorijs requiratur sententia. Respon. Glo. in c. euidencia, in verbo, Non indiget clamore, de accusation. tenit, quod etiam super notorio

Q V A E S T I O X.

Querelam partis aperire viam iudici ad procedendum.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Querelam partis offense aperire viam iudici ad inquirendu.
2 Et an querela successerit loco accusationis.
3 Promotor seu instigator inquisitionis quis dicatur.
4 Et an sit citandus.
5 Aduocatus, siue procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto sint in expensis condemnandi.
6 Et an fiscus debeat querelam porrigere.

Ex Additionibus.

- 1 Quere la renuncians, vel ab ea desistens, an iterum querelare possit, remissue.

rio ferenda sit sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Mars. in pract. crim. 5. aggreditor, nu. 133. Pract. Conradi, fol. 238. post num. 4. Et licet aliqui tenuerint, quod vbi crimen est ita notorium, quod nulla potest tergiversatione celari, non requiratur sententia declaratoria: quod etiam in plerisque locis frequentissimo omnium consensu receptum esse attestatur Didacus in repet. cap. Alma mater, fol. 42. I. num. 9. de sentent. excomm. in 6. Nihilominus, quicquid sit de iure, certè de consuetudine indistinctè, obseruatur, vs etiam in criminibus notorijs requiratur declaratoria. Et hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur idem Didacus in loco praalleg.

Plus dicunt aliqui, quod non potest dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicem, & illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinio. attestatur esse communem Aret. in d. consil. 163. quem refert Ferret. consil. 31. nu. 5. & 35. licet Aret. in lib. meo hoc explicite non dicat. Et idè iudicis in huiusmodi notorijs cautè ambulent, ne si nimis properent, seipsis inuoluant, vt supra dixi. Vide etiam in proposito citationis, quae dixi supra, vers. quero nunc. Vterius quero, nunquid in notorijs admittatur appellatio. Dixi infra, q. 94. vers. solet etiam.

Farin. loco sup. recitato, nu. 117. & seq. Ros. m. Vterius quero. Adde circa istam quaestione, an admittatur appellatio in notorijs; Capr. comm. concl. in tit. de notor. in 4. membr. princip. num. 102. ubi latissimè, & Lancellor. in tract. de iactent. par. 2. cap. 12. limit. 6. & ibi num. 9. dicit, quod Iudex a quo non poterit deuenire ad executionem in notorijs, si à Iudice, ad quem fuerit inhibitorium; & ibi ponit alias limitationes. Vide etiam Gomef. de delictis cap. 1. nu. 47. vbi dicit, quod in delicto notorio Iudex potest denegare appellationem, & suam exequi sententiam ante tamen inhibitionem Iudicis ad quem, dummodo appareat in sententia, quod Iudex condemnauit reum, vt de notorio crimine; secus autem si simpliciter condemnauit, vt quemlibet criminofum, nam tunc teneretur appellationem deferre. Baiard.

- 2 Et an si neget quis iniuriam sibi factam possit, reuocare dictum, & de iniuria accusare.
3 Querela differt a querimonia, & lamentatione.
4 Et an cedula data in occulto debeat monere Iudicem ad inquirendum.
5 Querelans si desistat, vel moriatur, poterit Iudex procedere ex officio. Querela post patratum diu delictu porrecta praesumitur calummosa, nu. eod.
6 Querelans tenetur declarare an intendit facere partem in iudicio.
7 Instigator an sit citandus, quando proceditur per inquisitionem, remissue.
8 Et an possit torqueri. Querelanti de vulnere, aut offensione an credatur, num. eod.
9 Aduocatus, vel procurator fiscalis dolose instigantes, quibus panis sint afficiendi. Fiscus pro euidenti calumnia condemnatur in expensis in controuersia criminalis, nu. eod.
10 Fiscus est vbi que praesens.
11 Et an ei pro fit confessio procuratore fiscali absente.